ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. S 499

Curia Generalizia - Roma

1568.

Copia autentica bullæ inventum Pii V.

Institutio Religionis Somaschæ.
a P. Pio V.
ex Bullario (pag. 18.) cujus titulus: Bullæ ac Privilegia etc. etc.

COLLEGIUM
CL. REGUL.
S. BARTHOL.
SOMASCHÆ

ut pie creditur ~~[illegible]~~ afflatus
[illegible] antea de hom[ini]bus quam plurimi illius
[illegible], Mediolanen[sis], Ferrarien[sis], aliis[que]
[illegible] caput sibi eligendi, consti-
[illegible] ordinariorum [illegible] iuris
[illegible] fel. re. Pius PP. iiij etiam predecessor
[illegible] fuerint, nec non successive
[illegible] Cardinalis Borromeus nuncupatus
[illegible] Congregationi Ecclesiam sancti Maioli Pa-
[illegible] certis annuis redditibus illi assignatis
[illegible] auctoritate approbavimus, prout in singu-
[illegible] tunc editis lris desuper confectis
[illegible] ac laici Ecclesiam parochialem in
[illegible] comunt, pro tempore Præposito,
[illegible] illius, et etiam aliorum

copie

Ecclesiarum

Pius PP. V.

Ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis desuper Apostolice servitutis
officium digne peragere credimus si ad ea per quae congregationes praesertim orpha-
norum causa constitutae facilius stabiliri, et firmius conservari valeant, considera-
tionis nostrae aciem extendamus. Sane exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij
sacerdotes, clerici, ac laici congregationis Somaschae Mediolanen. dioc. dudum canonice
instituta, quod alias fel. rec. Paulus PP. III praedecessor noster congregationi
praedictae, cui quondam Hieronymus Emilianus olim patritius Venetus vir-
eximiae pietatis insignis spiritu sancto, ut pie creditur ~~afflatus~~ afflatus
omnibus seculi curis post habitis initium antea dederat quamque multi illius
exemplo adducti amplexi fuerant et a Genuen., Mediolanen., Ferrarien., aliisque
Italie civitatibus et partibus aliis illam dilatauerant caput sibi eligendi, consti-
tutiones condendi facultatem concessit eamque ab ordinariorum superioritate iuris
dictione et potestate exemit ac etiam [illegible] piae me. Pius PP. IIII etiam praedecessor
noster dictam congregationem non nullis aliis privilegiis et gratiis praemuniverit, necnon successive
dilectus filius noster Carolus tituli sanctae Praxedis presbyter Cardinalis Borrhomeus nuncupatus
sufficienti ad id facultate ut asserebat suffultus dictae congregationi ecclesiam sancti Maioli Pa-
pien. olim per monachos Cluniacen. ordinis teneri solitam cum certis annuis redditibus illi assignatis
donavit, nosque postmodum donationem praedictam apostolica auctoritate approbavimus, prout in singu-
lis praedecessorum et Caroli Cardinalis praedictorum patentibus ac nostris litteris desuper confectis
plenius continetur. Quare cum praefati sacerdotes, clerici, ac laici ecclesiam praedictam in
domum principalem et tamquam aliarum domorum dictae congregationis caput, pro novo Praeposito,
qui ibidem resideat ac una cum aliis deputandis professis, non solum illius sed etiam aliorum

Ecclesiarum

Ecclesiae eiusdem Congregationis curam regimen, et administrationem habeat, nec non quos praefectis, qui dicto Preposito reverentiam, et obedientiam praestent, sibi delegerunt. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, licet ipsi sacerdotes, clerici, et laici religiose admodum vivant, ac praecipue inter alia pietatis opera, orphanorum in disciplina Christiana, bonisque artibus, et litteris secundum cuiusque ingenij captum erudiendorum, ac non nullis in locis seminariorum Clericorum curam summo cum studio gerant, ac propterea dubium non sit quin haec congregatio perpetuo duratura sit nihilominus quia plerique illorum ob professionem non emissam existimantes se non vere religiosos, ab illa recedunt, et ad aliquam religionem convolant, alij pauperes, et non habentes titulum beneficij, et patrimonium repugnante Conc. Trid.o ad ordines promoveri nequeuntes, aut alijs rationibus adducti, aliud vivendi genus eligunt, multi ipsius congregationis sacerdotes, clerici, et laici, ad firmius stabiliendam huiusmodi Congregationem et ad obviandum hisce et alijs incommodis, tria vota videlicet paupertatis castitatis, et obedientiae emittere summopere desiderant, si ad id nostra sedisque Apostolicae suffragetur auctoritas. Quare ijdem sacerdotes, clerici, et laici, nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus illis vota praedicta in manibus alicuius Prelati ecclesiastici emittendi licentiam concedere, ac alias perpetuae illius Congregationis conservationi, et orphanorum praedictorum utilitati consulere opportuneque providere de benignitate Apostolica dignaremur nos igitur qui piis hominibus petentium votis gratum solemus praestare assensum dictorum sacerdotum, clericorum et laicorum piam vitam, optimumque vivendi, et instituendi propositum plurimum in domino collaudantes ipsosque et eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum absolventes, et absolutos fore censentes nec non praedictarum literarum et inde secutorum quorumcunque tenores praesentibus pro expressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati praedictis sacerdotibus clericis et laicis, vota praedicta emittere volentibus illa in manibus Prelati alicuius ecclesias-

tici

o professis, qui
eadem ex posito
inter alia pieta:
ss ingenij captum
erant ac profitere
lorum sub professione
onem consulant, alij
ad ordines promoue:
congregationis sacerdo:
tum hisce et alijs
ere dubitarent, pi
nobis humiliter
sic emittendi licen:
rum utilitati consule:
ntiu usus gratum
mumqu. uiuendi, et
cuibusuis excomu:
iure uel ab homine
presentium

ij. et inde secutorum
ordinati predictis
et alicuius ecclesia:
tiu

Eclesie per Congregationem huiusmodi ad id eligendi donec sex ex ipsis fuerint professi et sibi Prepositum ipsius Congregationis generalem secundum illorum constitutiones factas seu faciendas eligendum et confirmandum elege:
rint, et deinde dictis sex professis et electo Preposito omnibus et singulis alijs Christi fidelibus etiam in orphanotrophijs educatis et eruditis dictam religionem ingredi volentibus in ipsius Prepositi seu illius Vicarij manibus emittendi et profitendi se sub regula Sancti Augustini in habitu tamen clericali et honesto ac locis in quibus dixerint conformi incedendi viuendi nec non Prelato et Preposito Vicarioque predictis uota huiusmodi in manibus illorum recipiendi liberam facultatem.
Ac quod infra triennium proxime futurum, hi qui per decennium in dicta congregatione laudabiliter uixerint uota predicta emittere volentes non expectato anno probationis triennio vero huiusmodi elapso alij ipsa uota emittere volentes non nisi elapso anno probationis ac completo anno decimo sexto sue etatis in ecclesia predicta aut alibi ubi commodius Preposito seu Vicario uisum fuerit uota predicta ita ut non sit locus tacite professioni, emittere, et profiteri, quodque prefati, et pro tempore existentes Prepositus, sacerdotes, clerici, et laici sub dicta regula et secundum constitutiones per eos factas seu faciendas viuere omniaque et singula quecunque quotcunque et qualiacunque bona mobilia seu immobilia dicte Congregationis seu eius locis uel ecclesijs ab universitatibus, communitatibus, et alijs etiam priuatis personis cuiusuis status gradus ordinis, qualitatis et preeminentie existant, testa:
mento, uel codicillis, aut alia ultima voluntate seu donatione etiam inter uiuos, aut alias quomo:
dolibet nec non oblationes sibi relicta et relinquenda recipere, exigere et in communi tantum posside:
re libere et licite possint et ualeant, quodque de cetero Congregatio predicta Clericorum regularium Sancti Mayoli, siue de Somascha appelletur, similiter perpetuo statuimus, et ordinamus et insuper quomodo:
cunque pro tempore relicta congregationi predicte, et non aliter expressa, uel declarata, loco ex nunc prout ex tunc, et econtra Ecclesie Sancti Mayoli, ita quod liceat pro tempore existenti Preposito per se uel alium seu alios dictarum relictarum fructus, et emolumenta in sibi bene uisos et necessarios usus, et utilitatem ecclesie Sancti Mayoli, et congregationis predictarum libere et licite conuertere, ordinarij loci uel cuiusuis
alterius

alterius licentia desuper minime requisita, auctoritate, et tenore praemissis etiam perpetuo applicamus, et appropriamus, decernentes praesentes litteras de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis aliove vitio, seu intentionis nostrae defectu notari, argui, et impugnari, ac revocari, limitari, moderari suspendi, aut illis derogari, et sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, derogationibus, limitationibus, moderationibus, suspensionibus aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi non posse, et quoties illae emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restituta, et de novo concessa, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et ita per quoscumque iudices et commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi auctoritate, et facultate, iudicari, et definiri debere, ac ex nunc irritum, et inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa venerabilibus fratribus Asterin., et Papien. ac Gemonen. Episcopis per praesentes mandamus quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se vel alium, seu alios singulis et futuris Praeposito huiusmodi, ac illius singulis personis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra singulis illumque Praepositum et singulas personas concessione, indulto, statuto, ordinatione, applicatione, appropriatione et decreto huiusmodi pacifice frui, et gaudere, Non permittentes eos desuper a quoquam contra praesentium tenorem quomodolibet molestari, contradictores quoslibet et rebelles ac praemissis non parentes per censuras et poenas ecclesiasticas aliaque iuris remedia appellatione postposita compescendo, nec non legitimis super his habendis servatis processibus, illos censuras et poenas ipsas incurrisse declarando, nec non eas etiam iteratis vicibus aggravando invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii saecularis Non obstantibus praemissis ac fe: re: Bonifacii Papae VIII praedecessoris nostri de una et concilii generalis de duabus dietis dummodo quis ultra tres dietas ad iudicium non trahatur ac aliis quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non ipsius singulis ac quorumvis monasteriorum et ordinum etiam iuramento, et confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus.

consuetudinibus, privilegiis quoq. indultis, et litteris Apostolicis illis illorumq. superioribus et personis
sub quibuscumq. tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs
aliisq. efficacioribus efficacissimis [illegible] et insolitis clausulis irritantibusq. et aliis decre-
tis in genere vel specie ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis confirmatis, et inno-
vatis. quibus omnibus, et singulis etiam si alias pro illorum sufficienti derogatione de illis
illorumq. totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas
generales idem importantes mentio ~~seu~~ seu quaevis alia expressio habenda aut aliqua alia
exquisita forma ad hoc servanda foret illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis
et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ac vice dumtaxat specialiter, et expresse
derogamus contrarijs quibuscumq. Aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede
indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes
plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat.
Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die sexta Decembris. M.D.L.

+ viij. Pont. Nostri Anno Tertio.

Ego Jac.s Simon valer.s fq. nob. dni Rolandi
pub.s papien. imperiali et apostolica auctoritatibus
notarius Attestor suprascriptas litteras apostolicas seu
bullas fuisse et esse extractas ab autentico
originale et suprascripsisse fidem [illegible]
facta prius diligenti collatione

Bulla Inſtitutionis Religionis

929

Bulla institutionis